



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 109. Episcopi Gandavensis Epistola ad Facultatem Lovaniensem pro
damnandis doctrinis laxioribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

& aliorum, quæ in Casistis quibusdam Sæc. XVII.
 deprehendissent, damnationem a pro- A. C. 1656.
 priis suis Episcopis peterent, & tam
 perversas, moralemque Ecclesiæ di-
 sciplinam corrumpentes doctrinas Clero
 Gallicano damnandas offerrent. At-
 tamen Antistites Parisiis congregati
 ægerrime ferebant, quod hi Parochi
 non communicato consilio Episcopo-
 rum, qui tamen Pastores & Doctores
 primi Ordinis essent, Synodicas literas
 de rebus ad moralem disciplinam per-
 tinentibus, & cum fide Catholica con-
 nexis ad varias Diæceses transmittere
 præsumpissent. Ita major erat quorum-
 dam animositas in damnandis Montalti-
 literis, quam in eradicandis pernicio-
 sis doctrinis, quarum Auctores Mon-
 taltus carpebat.

§. CIX.

*Episcopi Gandavensis epistola ad Fa-
 cultatem Lovaniensem pro dam-
 nandis doctrinis laxioribus.*

Horum tamen Parochorum ac præ- *Argentre*
 cipue Mechliniensis Archiepiscopi *p. 283. t. 3.*
 exemplo incitatus Antonius Triest Epi-
 scopus Gandavensis laxioribus doctri-
 nis, quæ ex Casistarum libris tam in
 scholis quam in sacris Tribunalibus pas-
 sim in usum deducebantur, sese oppo-
 suit,

Sæc. XVII. fuit, hancque in rem anno sequenti
 A. C. 1656. quasdam propositiones, ex probabili-
mo enatas Facultati Theologicæ Lo-
vaniensi censurandas exhibuit, data
 ad eandem hac epistola:

„Admodum Reverendi ac eximi
 „Domini, Illustrissimus ac Reverendis
 „simus Dominus Archiepiscopus Meche-
 „liniensis nuper defunctus piæ & re-
 „colendæ memoriæ, pro singulari sua
 „erga gregem sibi commissum vigilan-
 „tia & sollicitudine, miserat ante an-
 „nos aliquot S. vestræ Facultati non-
 „nullas propositiones morales admo-
 „dum laxas & perniciosas examina-
 „das, ac censurandas, ut si ita judi-
 „cium vestrum ferret, earumdem præ-
 „xin in Diæcesi sua prohiberet, & ani-
 „marum Rectoribus ac Confessariis ex-
 „presse mandaret, ne ullo pacto eis
 „sequerentur, admitterent, aut doce-
 „rent: quod & juxta Censuram vestram
 „præstitit, ac facti sui rationem sacræ
 „Congregationi Cardinalium S. Con-
 „cilii Tridentini Interpretum aperuit,
 „dictasque propositiones, ut præfertur,
 „censuratas transmisit, ut autoritate
 „sua superiori pium illud inceptum pro-
 „movere dignarentur. Eminentissimi
 „Patres Zelum atque prudentiam ipsius,
 „ut accepimus, summopere laudarunt,
 „litteris ad ipsum datis Romæ die decimo
 „quarto

„quarto Novembris anno Christi mil-
 „lesimo sexcentesimo quinquagesimo

Sæc. XVII.
 A. C. 1656.

„quarto, & renuntiarunt dictas propo-
 „sitiones a se remissas ad S Congrega-
 „tionem Generalis Inquisitionis exami-
 „nandas, & notandas; ut eo peracto
 „opportune tanto malo prospiceretur.
 „Remedium illud Christianæ Religioni
 „& Ecclesiasticæ disciplinæ perneces-
 „sarium hæctenus expectatum est, non-
 „dum tamen obtentum.,,

„Interea experimur summo animi
 „nostri & proborum omnium dolore ni-
 „miam illam quorundam recentiorum
 „licentiam in excogitandis *vanis & in-*
 „*utilibus quæstionibus, quæ proficiunt po-*
 „*tius ad impietatem, & serpunt ut cancer,*
 „stabiliendisque novis opinionibus &
 „commentis, continuo augeri & inva-
 „lescere; probabilitates, quibus solis
 „innituntur, magis magisque recipi,
 „& confirmari; Ecclesiasticam discipli-
 „nam paulatim pessumdari, dogmata
 „Evangelica negligi; mores perverti;
 „virtutes sperni; vitia speciosis prætex-
 „tibus obvolvi; & a corrupta natura
 „passim magnis amplexibus arripi, ac
 „sensim omnem solidæ & sinceræ pie-
 „tatis normam a Fidelium cordibus
 „exulare; quibus enim modis & autho-
 „ribus quævis ferme jam sunt probabi-
 „lia, iisdem fiunt & licita; mendacia,

Y 3

„frau-

Sæc. XVII. „fraudes, perjuriam, calumniæ, homici-
 A.C 1656. „dia, usuræ, furta, simoniæ, & si quid
 „nefandi ipsa quoque natura exhorret,
 „nonnisi a rudibus & idiotis modo per-
 „petrari videntur, Acutiores vero tot
 „circumstantiis, suppositionibus, mo-
 „dis, conditionibus, involucris, ista
 „vitia norunt obducere, & fucata ma-
 „litia in virtutes quodam modo trans-
 „formare, ut non solum hominibus,
 „sed & ipsimet Deo facile imponerent,
 „si possent.,

„Imo vero principiis ipsorum in-
 „hærendo, leges omnes & jura tam
 „positiva, quam naturalia probabilita-
 „tibus tandem cedere debebunt. Do-
 „cent enim nonnulli, *authoritatem unius*
 „*Doctoris probi & docti reddere opinio-*
 „*nem probabilem, & hanc unicuique licet*
 „*esse, etiam reluctante conscientia, se-*
 „*qui, cui præmissæ si subsumantur aliæ*
 „*duæ sequentes opiniones: quod nempe*
 „*Confessarius teneatur sub peccato mortali*
 „*absolvere cum, qui juxta probabilem sen-*
 „*tentiam operatus est, quamvis a parte rei*
 „*fit falsa, & talis a Confessario judicetur:*
 „*neque Judex sæcularis possit talem illius*
 „*conscientia punire. Quid quæso inde*
 „*sequetur, nisi gravissimorum etiam*
 „*criminum reos, modo doceant se unius*
 „*Doctoris probi & docti opinionem se-*
 „*cutos, ab omni lege & pœna, tam*
 „in

„in foro poli, quam in foro fori immu-
 „nes esse & liberos.,”

Sæc. XVII.
 A. C. 1656.

„Et hæc quidem fufius fortaffis
 „quam neceffe erat apud eximias Do-
 „minationes veftras, longe melius de
 „similibus inſtructas, depofuimus, ut
 „doloris noſtri & ſcriptionis hujus cau-
 „ſas cognofcant: quæ animum noſtrum
 „eo penitius feriunt, quod intelliga-
 „mus laxas & pernicioſas hujusmodi
 „opiniones non modo nimis libere per
 „Diœceſim noſtram diſſeminari & præ-
 „dicari; verum etiam quandoque pro
 „concione plebeis, non ſine pruden-
 „tiorum & cordatorum ſcandalo, pu-
 „blice tradi, doceri, & inculcari. Quid
 „autem in privatis colloquiis, & præ-
 „fertim ſacris Confefſionibus agatur,
 „ſupremus animorum ſcrutator & ar-
 „biter noſcit; pravos ſaltem effectus
 „& conſcientiarum corruptelas Confef-
 „ſarii plurimi, aliique viri probi quoti-
 „die experiuntur, ac deplorant.,”

„Urget interim ſubditarum ovium
 „cura a ſupremo Paſtore Chriſto Do-
 „mino nobis commiſſa, premit officii
 „debitum, & inſtat reddenda miniſterii
 „ratio, ut pro viribus noſtris opportu-
 „num quantocius remedium adfera-
 „mus; a nobis enim illam exiget, non
 „ab illis, ad quos non pertinet de ovi-
 „bus; ſed ſi ſpeculator, id eſt Epifcopus,
 „vide-

Y 4

Sæc. XVII. „*viderit gladium ; etiam perverſæ doctri-*
 A. C. 1656. „*næ, venientem, & non inſonuerit buci-*
 „*na ; & populus ſe non cuſtodierit, ven-*
 „*ritque gladius, & tulerit de eis animas,*
 „*ille quidem in iniquitate ſua captus eſt ; ſan-*
 „*guinem autem ejus de manu ſpeculatoris re-*
 „*quiram, inquit Dominus apud Prophe-*
 „*tam ſuum Ezechielem. Neque enim*
 „*ſolummodo conqueritur paulo inferius,*
 „*quod Paſtorum incuria & deſidia gre-*
 „*ges facti ſint in rapinam luporum, ſed*
 „*hæreticorum, verum etiam quod oves*
 „*factæ ſint in devorationem omnium beſtie-*
 „*rum agri, quæ licet aperte non inva-*
 „*dant, aut rapiant, occulte tamen in-*
 „*ficiunt, & devorant gregem. Ac per-*
 „*eas non incongrue intelligi poſſent per-*
 „*nicioſarum iſtarum opinionum ma-*
 „*giſtri, qui ſpeculationibus ſuis nonnullis*
 „*terrena & carni allubentia ſapere vi-*
 „*dentur, animos autem ad Cæleſtia &*
 „*vere Chriſtiana non dirigunt : & cum*
 „*puriffimam aquam biberint, reliquam pedi-*
 „*bus ſuis turbant, & ovibus præbent bi-*
 „*bendam. Quod omnes hæretici faciunt,*
 „*inquit ſanctus Hieronymus in hunc*
 „*locum, ut carpant eloquia Scripturarum,*
 „*& quantum in ſe eſt, maculent : ſed &*
 „*Eccleſiaſtici viri, qui dogmatum non cu-*
 „*ſtodiant veritatem, ſed de ſuo corde cor-*
 „*ſungunt, magiſtramque habent præſumptio-*
 „*nem ſuam, ſimili errore tenentur ; qui*
 „*cum*

„cum populo persuaserint, vera esse, quæ Sæc. XVII.
 „sunt, & in theatralem modum plau- A. C. 1656.
 „sus concitaverint & clamores, immemores
 „sunt imperitiæ suæ, & adducto supercilio,
 „libratisque sermonibus atque trutinatis, ma-
 „gistrorum sibi assumunt auctoritatem.

„Ut itaque conscientiæ meæ & of-
 „ficio hac in re satisfaciam, præter
 „ante dictas propositiones nuper 30.
 „Martii & 26. Aprilis 1653. a sacra ve-
 „stra Facultate censuratas, nonnullas
 „alias hisce jungo ad me delatas, at-
 „que judicio meo & Virorum doctorum
 „Sæcularium & Regularium, quos su-
 „per iis consului, perniciosas, easque,
 „ne temere aut leviter in re tanti mo-
 „menti procedam, ad Eximias Do-
 „minationes vestras transmitto, & unice
 „rogo, dignentur pro singulari suo in
 „Religionem & veritatem Catholicam
 „Zelo, jam toties comprobato, dictas
 „propositiones, prout hic jacent ex-
 „pressæ, mature perpendere, & exa-
 „minare: & quas in praxi perniciosas,
 „aut non tolerandas judicaverint, cen-
 „sura sua singulis vel junctim apposita,
 „notare, ut ego deinde, quod muneris
 „mei fuerit, statuam, & easdem ad
 „Sanctam Sedem transmittam, opem-
 „que denuo pro universali remedio im-
 „plorem, si Eximiis DD. vestris operæ
 „pretium, aut necesse videatur, super
 „quo

Sæc. XVII. „quo earum iudicium gratum quoque
 A. C. 1656 „erit intelligere: & non solum mihi,
 „sed & fidelibus universis singulare be-
 „neficio præstabant. Deus sacrum
 „vestrum cætum Ecclesiæ & Reipublicæ
 „Christianæ diutissime servet, quod æ-
 „mitus vovet, & precatur. Inferius
 „habebatur: Admodum Reverendam
 „& Eximiarum Dominationum vestro-
 „rum humilis servus. Signabat Anto-
 „nius Episcopus Gandavensis. Gandavi
 „nona Aprilis. Anno post Christum na-
 „tum millesimo sexcentesimo quinqu-
 „agesimo septimo.

§. CX.

*Lovaniensis Facultatis Theologicae re-
 sponsum ad Episcopi Gandaven-
 sis epistolam.*

*Argentre
 Coll. Jud.
 t. 3. p. 284.*

Huic Episcopi Gandavensis petitioni
 Facultas Theologica Lovaniensis
 libentissime deferens, eodem anno die
 quinta Maji sequens dedit responsum

*Illustrissime ac Reverendissime
 Domine,*

„Quandoquidem Illustrissimæ Gratiæ
 „Vestræ pro pio & sancto illo Zelo, qui
 „regi sibi commisso, diu noctuque sic
 „licite (uti Præsul & Pastor bonus)